381. PETRONIO *Bartolommeo*, fu 1517
professore di Padova nel terzo luogo della da Capodistria.
medicina teorica straordinaria nel 1517. Il

---

turas ad organum spectantes imprimi non antea usitatas, et præterea alia opera, et libros musices, quos primos formis excusos, invulgabis sine permissione tua imprimere, aut imprimi facere, aut impressos venumdare ullis in locis præsumat. Qui contra mandatum hoc nostrum fecerit admiseritve eum excomunicationis latæ sententiæ, nec non librorum omnium hujusmodi ammissionis, ac ducatorum quingentorum censuræ nostræ applicandorum multæ pœnas ipso facto incurisse declaramus per presentes; ac æqua pæna multari volumus tam venditores quam emptores id genus intabulaturarum, et librorum ab aliis abs te impressorum, ut præfertur. Præcipientes propterea universis archiepiscopis omniumque in spiritualibus vicariis generalibus, ac nostræ et sanctæ romanæ ecclesiæ officialibus, tam in alma urbe nostra quam extra eam nunc, et pro tempore existentibus, et aliis, ad quos spectat in virtute sanctæ obedientiæ ut præmissa faciant ab omnibus inviolabiliter observari. Tibique in iis omnibus omni spe faveant, et assistant. Non obstante quacumque concessione de hac eadem re cuivis personæ presertim dilecto filio *Octaviano Petrutio semproniensi* per nos facta: cui nos propterea, quamvis jam per triennium,